



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

247. An Episcopus concedere possit facultatem conferendi omnia beneficia alteri, quàm Vicario suo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

Quaestio 245. An sine speciali facultate Vicarius conferre possit beneficia denominatis.

Respondeo affirmativam tenent Fagn. l. 6. Garc. l. c. n. 109. ubi: Verius videtur, Vicarium ex generali mandato posse conferre beneficia denominatis, & facere aliam quamlibet collationem necessariam, ut tenere videtur Probus ad Monach. in c. fin. de off. Vicar. in 6. n. 5.

2. E contra apud Garc. n. 105. id negant Selv. p. 2. q. 14. n. 4. Rebuff. de nominat. q. 17. n. 26. alias 7. Coral. p. 4. c. 4. n. 13. Idque, etiamsi admittant collationem talem non esse liberam sed necessariam.

Quaestio 246. Num Episcopus possit Vicario concedere facultatem conferendi beneficia, & quidem omnia spectantia ad suam collationem.

Respondeo ad primum affirmativè. Castropal. l. 2. d. 2. p. 30. n. 3. cum communi, & supponunt id AA. uti patebit ex responsionibus ad sequens, quin & Castropal. ibidem ait, ferè semper solere illi concedi hanc facultatem.

2. Ad secundum quoque affirmativè. Azor. p. 2. l. 3. q. 1. citans Gl. in c. ult. de off. Vicar. in 6. v. commissa.

Quaestio 247. An Episcopus concedere possit facultatem conferendi omnia beneficia alteri quam Vicario suo.

Respondeo negativè. Sbroz. l. 1. q. 52. n. 26. Garc. p. 5. c. 8. n. 119. citans Selv. de benef. p. 2. q. 21. Quintadven. l. 1. ecclesiasticon. c. 5. n. 7. Covar. l. 3. var. c. 20. n. 6. Rebuff. in pr. tit. de Vicar. Epif. à n. 15. & tit. form. vicar. n. 2. Franc. in c. fin. de off. vicar. Fagn. in c. presentata. de testibus n. 14. juxta c. constitutus. de concess. prab. & c. statutum. de prab. in 6.

Quaestio 248. An Vicarius, cui committi potest collatio beneficiorum, debeat esse generalis tam in spiritualibus quam temporalibus.

Respondeo imprimis debet esse generalis. AA. citati pro responsione ad quæst. præced. Unde jam Vicario foraneo non solere, sed nec posse, hanc facultatem concedi ab Episcopo, habet communis sententia, pro qua à Castropal. l. c. n. 5. citantur Gl. ult. in c. statutum. de prab. in 6. & in c. deliberatione. de off. delegat. in 6. Rebuff. in pr. tit. de form. Vicar. n. 15. & plures alii apud Covar. l. 3. var. c. 20. n. 6. Et sic expresse docet Pirh. ad tit. de off. Vicar. n. 50. Ubi: non potest autem alteri quam Vicario generali Episcopus vel alius Papæ inferior committere in genere vel in specie potestatem conferendis beneficia vacatura. Eadem ferè habet Laym. in c. cum in generali. de off. Vicar. n. 3. Hoc ipsum tamen intelligendum de potestate conferendi beneficia totius Diæcesis; de potestate namque conferendi beneficia certi loci alicujus non videtur, cur committi nequeat Vicario foraneo Episcopi, tamen generalis non sit. Castropal. l. c. Idem volunt Garc. p. 5. c. 8. n. 125. Sbroz. l. 1. q. 53. n. 5. dum dicit, sufficere esse Vicarium generalem certi loci, ut committatur ei hæc conferendi facultas, licet, ut expresse addit Garc. alias non sit Vicarius generalis.

2. Respondeo ad secundum: Ut Vicario committatur hæc facultas conferendi, non requiritur, ut sit quoque Vicarius in temporalibus, ut volunt Pavin. de potestate capit. sed. vac. q. 10. num. 31. Re-

buff. & alii apud Garciam. l. c. n. 126. & velle etiam videtur Azor. p. 2. l. 3. c. 43. q. 7. & in terminis vult Sbroz. l. 2. q. 90. ubi: illud vidi notari per Od. Episcopum non posse committere beneficiorum collationem Vicario, qui non habet administrationem temporalium, ut per Matris in repertor. V. Vicarius Episcopi. Nituntur hi AA. hoc fundamento, quod Vicarius generalis is tantum dicitur, qui in spiritualibus & temporalibus est creatus, ut Rebuff. tit. de Vicariis. n. 18. & tit. de devolut. n. 59. Pavin. ubi ante. n. 6. Bonifac. in clem. est si principalis. de rescrip. n. 28. Cuchus & c. apud Garc. n. 121. quibus consentit Azor. p. 2. l. 3. c. 46. q. 1. Sed sufficit esse Vicarium generalem in spiritualibus juxta subjectam materiam collationis beneficiorum, quæ spiritualis est. Garc. l. c. n. 122. Castropal. l. c. n. 6. Contrario nixi fundamento, nempe quod Vicarius in spiritualibus tantum constitutus absolute dicatur Vicarius generalis, pro ut præter Garc. & Castrop. apud illos tenent Sanch. de matrim. l. 3. d. 29. n. 11. Sbroz. l. 1. q. 25. n. 4. citatis pluribus. Paris. de resignat. l. 8. q. 7. n. 187. & constat. ex c. cum nullus de tempor. ordinat. Trid. sess. 13. c. 2. & ex Brevibus Apostolicis, quibus committuntur aliqua Episcopis seu eorum Vicariis, Vicariis hi in spiritualibus appellantur generales.

Quaestio 249. Num Episcopus constituere possit specialem Vicarium ad conferenda beneficia.

Respondet negativè Sbroz. l. 1. q. 52. à n. 2. citans Jo. Andr. in c. deliberatione §. prohibemus. de off. Legat. Gemin. in c. fin. de off. Vicar. m. 6. n. 9. Abb. in c. constitutus. de concess. prab. n. 5. Bellam. de cis. 343. Oldrad. conf. 77. Paris. conf. 50. n. 1. vol. 4. Selv. tract. de benef. p. 2. q. 22. n. 1. Rebuff. in pr. tit. form. Vicar. n. 7. Covar. l. 3. var. c. 20. n. 6. & plures alios contra Bissign. ad Rotam decis. 2. tit. de concess. prab. Staphil. & c. Sequitur hæc responsio ex ea, quam dedimus paulò ante: quod nimirum Episcopus collationem beneficiorum committere possit alteri quam Vicario suo generali in spiritualibus juxta textum c. statutum. de prab. in 6. v. tantummodo. Probatur quoque ex c. deliberatione. §. prohibemus. de off. legat. in 6. ubi prohibetur expresse Legato, etiam de latere, ne in genere vel in specie cuiquam committat seu det potestatem recipiendi resignationes, & conferendi beneficia etiam personis idoneis intra Legationem suam existentia. Ratio autem, quod per dictos textus prohibeatur hujusmodi concessio, est, ne aperiatur via ad vacatura, & periculum captandæ mortis, ut patet ex c. constitutus. de concess. prab. Quæ ratio Concilii Lateranensis, cum cesseret, dum committeretur alicui non generalis illa potestas conferendi, quocunque tandem modo vacet beneficium, sed duntaxat, si beneficium vacet per resignationem, inveniatur Sbroz. l. c. n. 4. posse alicui specialiter concedi in eo casu collationem beneficiorum vacaturorum per resignationem.

2. Ampliat responsionem primò Sbroz. à n. 5. & ex eo Azor. p. 2. l. 3. c. 46. q. 1. §. dicitur constitutum. Ut procedat, etiam si Episcopus daret alicui generalem potestatem conferendi, & illum postea crearet Vicarium generalem; quia adhuc diceretur Vicarius generalis ad conferendum tantum, non autem in ceteris spiritualibus; cum illa generalitas restringatur ad specialem concessionem conferendi. Sed quid si crearet illum post concessam illi generalem illam potestatem conferendi

Vica-